


Universitäts- und Landesbibliothek Tirol

Innsbruck, ULB Tirol, Cod. 553

Augustiner Chorherrenstift Neustift


Neustift, Anfang 17. Jahrhundert



Иван

553

Иван



fa
u
m
qu
cl
F
an
ri
m
ob
e
C
U
f

In Anniversario p pluribz.

Ocus indulgentiarum **Oratio.**
Dñe, da animabus famulorum,
familiarumq; tuarum, quorum anni
versarium depositionis diem com
memoramus, refrigerij sedem,
quietis beatitudinem, & luminis
claritatem. Per dñm nostrum.

Prospiciare Dñe **Secreta.**
supplicationibus nostris, p
animabus famulorum, familia
rumq; tuarum, quorum hodie an
nua dies agitur, pro quibus tibi
offerimus sacrificium laudis; vt
eas sanctorum tuorum consortio so
ciare digneris. Per dñm nostrum.

Postcommunio.

Prospiciare, quaesumus Domine,
vt anima famulorum, famu
larumq; tuarum, quorum anniver
sarium depositionis diem comme



moramus, his purgata sacrificijs,
indulgentiam pariter & requiē ca-
pianſ ſempiternam. Per Dñm.

In anniuersario pro famulo.

O Deus indulgētiarū *Oratio.*
Dñe, da animæ famuli tui,

cuius anniuersarium depositionis
diem commemoramus, refrigerij
sedem, quietis beatitudinē, & lumi-
nis claritatem. Per dominū nr̄m.

Repitiare domine *Secreta.*
supplicationibus nostris, pro

anima famuli tui, cuius hodie an-
nua dies agitur, pro quo tibi offe-
rimus sacrificium laudis: vt eum
sanctorū tuorū consortio sociare
digneris. Per dominū nostrum.

Postcommunio.

Ræſta, quaſumus Dñe, vt a-
nima famuli tui, cuius annu-
uersarium depositionis diem com-

2.
memoramus, his purgata sacrifici-
cys, indulgentiā pariter ⁊ requiē
capiat sempiternam. Per Dñs nřz.

In anniuersario pro famula.

O Eus indulgētiarum **Oratio.**
Dñe, da animæ famulæ tuæ,
cuius anniuersariū depositiōis diē
cōmemoramꝰ, refrigerij sedē, quie-
tis beatitudinem, ⁊ luminis claritatē.
Per Dñm nostrū Iesum Christum.

Proptiare Domine **Secreta.**
supplicationibus nostris, pro
anima famulæ tuæ, cuius hodie an-
nua dies agitur, pro qua tibi offeri-
mus sacrificium laudis; vt eā san-
ctorum tuorum consortio sociare
digneris. Per Dominū nostrum.

Postcommunio.

Presta, quaesumus domine,
vt anima famulæ tuæ, cuius
anniuersarium depositionis diem

commemoramus, his purgata sa-
crificijs, indulgētiam pariter ⁊ re-
quiem capiat sempiternam. Per
Dominum nostrū Iesum Christū
filium tuum, qui tecū uiuit ⁊ regnat
in unitate Spiritus sancti Deus, per
omnia saeculorum. **R. Amen**

In festo Purificat. B. Mariae
finita texta, cōsecrāt cāde
la, ut sequitur. Dñs vob

cum. **R** Et cū spiritu tuo. Orem⁹.

Omine sc̄te, pater Op̄s, at̄
ne deus, qui oīa ex nihilo
creasti; et iussu tuo p̄ opera ap̄ū
hunc liquorē ad p̄fectiōes ce
rei euenire fecisti, ⁊ qui hodie
na die petitionē iusti Simeo
nis implesti, te humiliter dep̄
camur: vt has cādelas ad v̄sus
hominū, et sanitatē corporū,
et aīaz, siue in terra, siue in a
quis, p̄ inuocationē tuī sanctis
simi nominis, et per intercessi
onē beatæ Mariae semp̄ virgi
nis, cuius hodie festa deuote
celebrātur: ⁊ p̄ preces omnīū
sc̄toꝝ tuoz, bene **¶** dicere, ⁊ s̄ā
tifica **¶** re digneris: et huius

plebis tuæ, quæ illas honori-
fice in manibꝫ desiderat porta-
re, teqꝫ cātando laudare: exau-
dias voces de celo sancto tuo,
et de sede maiestatis tuæ: et p-
pitius sis oībꝫ clamātibꝫ ad te:
quos redemisti pretioso san-
guine filij tui. Qui tecū, ⁊c.

Omnipotēs, sē. **O**remus,
piterne deꝫ, qui hodie
na die vnigenitum tuū vnius
sancti Simeonis in templo sā-
cto tuo suscipiendū p̄sentasti:
tuam supplices deprecamur
clementiam: vt has candelas,
quas nos tui famuli, in tui
nōis magnificētia suscipiē-
tes, gestare cupimꝫ luce accēsa
bene ⁊ dicere, et sancti ⁊ fica-
re, atqꝫ lumine supnæ bene-
dictionis accendere digneris:

quatenus eas tibi dño Deo nostro offerēdo, digni, et sc̄to igne dulcissimæ charitatis tuæ succēsi, in templo sc̄to gloriæ tuæ rep̄sentari mereamur. **¶** Per eūdes.

Omine Jesu x̄p̄e, **O** rem? lux uerā, qui illuminas oēm hominē veniētem in hunc mundū, effūde bene **¶** dictio nē tuā sup hos cereos: et sancti **¶** fica eos lumine gratiæ tuæ et cōcede pp̄tius: ut sicut hæc luminaria igne visibili accēsa, nocturnas depellūt teneb̄rs: ita corda n̄ra inuisibili igne, idest, sancti Spiritus splendore illustrata, oīm vitioꝝ cæcitate careant: ut purgato mētis oculo, ea cernere possim?, quæ tibi sunt placita, et n̄ræ saluti sūt utilia: quatenus post huius

saeculi caliginosa discrimina,
ad lucē indeficientē puenire
meream: Per te Iesu Chryste sal
uator mōdi, qui in Trinitate p
fecta uiuis et regnas Deus: p
omnia secula seculoz. **R. Amen.**

Omnipotēs sēpi. **O** remus
terne dex, q p moysen fa
mulū tuū, purissimū olei li
quorē ad luminaria ante cō
spectū tuū iugiter cōciūanda
præparādi iussisti: bene **H**
dictionis tuæ gloriā gratiā
sup hos cereos benignē infū
de: quatenus sic administrēt
lumē exterius, ut te donante,
lumē spiritus tui nostris nō
desit mētibus interius. Per
dñm nr̄m. In vnitāte eiusdē
spiritus sancti deus. Per
omnia secula seculoz. **R. Amen.**

5.


Domine Iesu xpe: Oremus.
q̄ hodierna die in nr̄e car-
nis subst̄tia inter hoīes appa-
rēs, a parētibus in tēplo es prae-
sentat̄: quē Simeon venerabi-
lis senex, lumine sp̄s tui irra-
diat̄, agnouit, suscepit, et be-
nedixit, praesta ppitius: vt, eie-
dem spiritus sc̄i gr̄a illuminati,
atq; edocti, te veraciter agno-
scam̄, et fideliter diligam̄:

Qui cū Deo p̄re in vnitate eie-
dē Spiritus sancti, vniū et reg-
nas deus, Per oīa secula sc̄loꝝ.

R. Amen. **Tunc aspergantur**
cerei, thurificetur et illumi-
nētur, diaconusq; incipiat ā.

à choro cantaturat

Venē ad reuelatioez gē-
tiū: **Chor.** Et gl̄ā pleb̄ tuae Irl̄.

Rectores. Nunc dimitis seruū t.
dñe: **Chor.** scđm v̄bū tuum.
cū **G**lia p̄ri. **et** Sicut erat. **Et**
post quēlibet versū repetatur
añā **L**umen. **H**is expletis cā
tatur añā **E**xurge dñe, adiu
ua nos: ⁊ libera nos, propter
nomē tuū. **ps.** Deus auribus
nr̄is audiui: patres nostri
annunciauerūt nob. **V.** **G**lia
patri. **I**tem repetit, **E**xurge.
Deinde dicat **S**acerdos. **O**rē.
Et **d**iacō. **F**lectamus genua.
Subdiac. **R.** **L**euate. **O**ratio.
Audi q̄ms dñe, plebē
tuā: ⁊ quæ extrinsecus
annua tribuis deuotione ve
nerari, interius assequi gr̄a
tuæ luce concede. **p̄d. n.** **R.** **A**m̄.
Verum **P**rocessionis ratio
ac modus talis erit. 

tamē
ost 70.
rit,
in
ca

In benedictione candelarū
 totū p̄processiōis agmē ad Sa
 pitulū cōcedit, consuetū illud,
Aue Regina celoz: decātās,
 ubi ⁊ collecta vt dñicis in die
 bz, subiūgūtur: dehinc uerò
 se ad **M**argaritha ^{agit} canēdo ā.

Adorna thalamū tuū Sion, et
 suscipe regē Ch̄m: amplectere
 Mariā, quę est celestis porta:
 ipsa enim portat regem glorię
 noui luminis: subsistit Vgo,
 adducēs in anibz filiū, ante lu
 cifery genitū: quē accipiens
 Simeon in vlnas suas, prædi
 cavit populis, Dñm eū esse vi
 ta ⁊ mortis, et Saluatorē mūdi.

Ibiq; añā ⁊ collecta in cōsuetis
 nō negliguntur solita. Catez
 inde in regressu canitur **R.^m**
Gaude virgo Maria: ~~aditū~~

cunctas hereſes ſola iutare
miſi que Gabrielis Archangeli
dictis credidiſti. Dū Virgo
deū et hōies genuiſti et p
partū ſgo inuiolata pman
ſiſti. **S** Gabrielē archangelū
credim⁹ diuinit⁹ eſſe affatū
vterū tuū de ſpiritu ſancto cre
dim⁹ impgnatū, erubeſcat iude⁹
infelix qui dicit Chriſtū de io
ſeph ſemine eſſe natū. Dū ſgo.

Alia ā. **R**ſponſū accepit Sime
on a ſpiritu ſancto, nō uiluz
ſe mortē, niſi videret Chriſtū
Dñi. — **E**t cum induceret

puer⁹ ieſum in tplm, accepit eū
in vlnas ſuas: et benedixit de
ū, et dixit: Nūc dimittis ſeruū

n ~~ſeruum~~ tuum in pace. **Ant** Cum in
duceret puerum puer⁹ ieſum
parentes eius, ut faceret ſcd⁹

consuetudinē legis p̄ eo, ipse ac-
cepit eū in vlnas suas. **Canticū.**

Benedictus dñs deus israel: q̄
visitauit et fecit redempti-
onē pleb̄ suā. **E**t erexit cornu salu-
tatis nob̄: in domo dauid pue-
ri sui. **S**icut locutus est p̄ os sā-
ctorū: q̄ a sc̄lo sūt pphetaz eius.
Salutē ex inimic̄ n̄r̄s: ⁊ de
manu oīm q̄ oderūt nos. **A**d
faciendā m̄ias cū p̄rib̄ n̄: et me-
morari testamēt̄i sui sc̄ti. **E**us
iurādū q̄ iurauit ad abrahā
p̄r̄s n̄: datur̄ se nob̄. **U**t sine
timore de manu inīcorū n̄. libe-
rati: seruiam̄ illi. **E**n sc̄tita-
te ⁊ iustitia corā ip̄so: oīb̄ di-
eb̄ n̄. **E**t tu puer ppheta altis-
simi vocaberis: p̄rib̄ enī añ faciē
dñi parare vias ei. **A**d dādaz
sciēt̄iā salut̄ plebi ei: ⁊ remissioē

peccatorum eorum. **P**er viscera misericordie dei
nostri: in quibus visitauit nos ori
ens ex alto. **I**lluminare his qui
in tenebris et in umbra mortis
sedent: ad dirigendos pedes nostros
in viam pacis. **I**ngrediendo choros.

Obtulerunt pro eo domino par turtu
rum: aut duos pullos columbarum:
sicut scriptum est in lege Domini.

R. Postquam impleti sunt dies
purgationis Mariae, secundum legem
moysi, tulerunt illum in Ierusalem:
ut sifteret eum domino. Sicut scriptum.

R. Gloria patri. Sicut scriptum.

In Die Palmaram.

Tertia absoluta asphio suc
 cedit & pcellio ad Capitulum
 sumēdo p cantu. **Que** regina celoꝝ.
 et oꝛones Dñicis diebꝫ asuetam
 ac familiarem et ibidē assignatā.
 Tū autē in ambitu, circumtur ad
 hibito Rē. **Saluū me fac Deus: et**
 pcellio tandem p aditū a facie al
 taris (quod B. Barbare sacrum dic
 titāt) ingressa, ad arā D. Magda
 lenæ se cōfert (vbi ad manū sunt
 pa requisita Sedilia tapetibus in
 structam): at Rē illud **Saluū me**
 fac, subsequetur, absolutum, añā:
Hosanna filio David: benedictus,
 qui venit ī nomine domini. **O Rex**
israel: hosanna in excelsis. Et cele
brās orationē persequitur:

O Leung folijou. 2207 **E**us, quē diligere, & amare, in
 stitia est: ineffabilis græ tuę

in nobis dona multiplica: et qui fe-
cisti nos in morte filij tui sperare,
quæ credimus: fac nos eodem re-
surgente puenire, quo tendimus.
Qui tecum viuit et regnat, *Qua
absoluta Subdiaconus in loco so-
lito Epistolam decantat: cedit in
Gradualis vicem R^m.* Collegerunt
pontifices et pharisei concilium, et
dixerunt: quid facimus, hic homo
multa signa facit, si dimittimus eum
sic, omnes credent in eum: Et veniet
Romani, et tollent nostrum locum et
gentem. *V.* Unus autem ex illis
Caiphas nomine, cum esset pontifex
anni illius, prophetauit, dicens:
Expediit vobis, ut unus moratur ho-
mo pro populo, et non tota gens pereat.
Ab illo ergo die cogitauerunt inter-
ficere, dicentes: Et veniet, *Quod
a Choro canitur, cum Xlu, q in Recto*

res cadit, vel etiā magis si sedeat, su-
 mi potest illud. **T**u monte Oliaeti
 orauit ad patrē: pater, si fieri potest,
 transeat a me calix ilte. Spiritus
 quidē promptus est, caro autē infir-
 ma: fiat voluntas tua. **R.** Vigilate,
 ⁊ orate, vt nō intretis in tentatiōez.
 Spiritus quidem. **H**ac inter Dia-
 conus Euāgelij libz in altari ponit:
 Sacerdos uero, administrate sugge-
 rēteqz nauiculā Diacono, incēsū
 thuribulo inserit, quo facto Dia-
 conus dicit: Munda cor meum ⁊
 receptoqz inde de altari libro, bene-
 dictionem petit, atqz eo incēsato
 Euāgelij canit. Post illud, Sermo
 ad populū habetur, ⁊ Sacerdos di-
 cit Dñs vobiscum, voceqz illā ar-
 ripit Orōtionē. **O**remus.

Auge fidē in te sperātū Deus,
 et supplicū preces clemēter

exaudi: veniat sup nos multiplex
~~multiplex~~ misericordia tua: bene-

Dicitur ⁊ dicantur ⁊ hi palmi-
tes palmarum seu oliuarum: ⁊ sicut in
figura Ecclesie multiplicasti Noe
egredientem de Aegypto cum filijs Isra-
el: ita nos portantes palmas et ramos
oliuarum, bonis actibus occurramus
obuiam Christo: et per ipsum in gau-
dium introeamus aeternum. Qui tecum
vult ⁊ regnat in unitate, ⁊c.

Iuxta acclimul Praefationem.

Per omnia secula seculorum.

Dominus vobiscum. **S**piritu

Gratias agamus domino
corda.

Deo nro. **V**ere dignū et iustū

est, æquū ⁊ salutare. nos tibi semp

et ubiqꝫ gratias agere Dñe sancte,

pater omnipotēs, æterna Deus.

Qui gloriaris in cōsilio sc̄torū

tuoꝝ. Tibi enim seruiūt creatura

tua, quia te solū auctorem, ⁊ Deū



cognoscūt, et omnis factura tua te



collaudat, benedicūt te sancti tui.



Quia illud magnū vnigeniti tui



nomē corā regibus, et potestatibz



huius seculi libera uoce cōfitētur.



Cui assistūt Angeli, et Archangeli,



throni et dominationes: Cumqz

omni militia celestis exercitus

hōnū gloriæ tuæ concinūt, sine

*Quibus expedi-
tis à Choro Sāctō,
ferialiter dicitur.*

sine dicētes.

*Exinde uerō orōnes quinq̄ mu-
tuo sibi respondentes ordine sequū-
tur.*

Dominus uobiscū. Oremus.

D Etimus, Dñe sancte, pater oī-
potēs, æterne deus: ut hanc
creaturā oliuæ, quā ex ligni ma-
teria p̄dne iussisti, quāq̄ colum-
ba rediens ad arcā ptulit ore: bene-
dicere, et sancti-**fi**care
digneris: ut quicūq̄ ex ea rece-
perint, accipiant sibi protectio-
nē animæ et corporis: fiatq̄ do-

mine n̄r̄e salutis remediū, tuæ
gratiæ sacramētū. per d. n. Am.

Deus, qui dispersa **O**rem 2.
cōgregas, et cōgregata con-
seruas: q̄ populis obuiam Jesu
ramos portantibus benedixisti,
bene **H** dic etiā et hos ramos pal-
mæ et oliuæ, quos tui famuli
ad honorē nominis tui fideliter
suscipiūt: vt in quēcūq; locum
introduci fuerit, tuā benedicti-
onē habitatores loci illius con-
sequātur: et oī aduersitate effu-
gata, dextera tua protegat, quos
redemit **J**esus **C**hristus filius tuus
Dñs noster: Qui tecū. **O**remus.

O Deus, q̄ miro dispēlationis
ordine, ex rebus etiā insen-
sibilibus, dispēlationē nostræ
salutis ostēdere voluisti: da que-
sum 2: vt deuota tuorū turba fide

hū, salubriter intelligat, quidquid
 mystice designatur infacto, que
 hodie celesti lumine afflata, re-
 demptori obuiā pcedens, palmarū,
 atq; oliuarū ramos vestigijs eius
 substravit. Palmarū igitur ra-
 mi de mortis pncipe triūphos
 expectāt: surculi uero oliuarū,
 spiritalē victionē aduenisse quō-
 ammodo clamāt. Intellexit enī
 iam tūc illa hominū beata mul-
 titudo pfigurari: quia redēptor
 noster humanis condolēs mise-
 rīs, pro totius mūdi vita cum
 mortis pncipe esset pugnaturus,
 ac moriendo triūphaturus. Et ideo
 talia obsequēs administravit, q̄
 et in illo et triūphos victoriæ,
 et misericordiæ pinguedinē de-
 clararēt. Quod nos quoque
 plena fide, et factū et signifi-

catū retinētes, te dñe sancte, p̄
op̄s, eterne Deus, p̄ eundē dñm
nostrū Iesū Christum supplici-
ter exoramo: vt in ipso, atq; per
ipsum, cui⁹ nos membra fieri vo-
luisti, de mortis imperio victo-
riā reportantes, ipsius glorio-
sæ resurrectionis participes esse
mereamur. Qui tecū viuit et reg.

O Deus qui per oli-
uæ ramū pacē terris colum-
bam nūciare voluisti: præsta q̄s:
vt hos oliuæ, ceterarumq; ar-
borū ramos, celesti bene-
dictione sanctifices: vt cuncto popu-
lo tuo proficiāt ad salutē. p̄ Ch̄m.

Bene-
dic, quesū. **O** rem⁹.
m⁹ dñe, hos palmarū seu oli-
uarū ramos: ⁊ præsta, vt quod
populus tuus in tua . . . venera-
tione hodierna die corporaliter

agit, hoc spiritualiter summa de-
uotione perficiat, de hoste victo-
riā reportando, et opus misericor-
diæ summopere diligendo. Per chri-
stū dominū nostrum.

¶ **Hic rami asperguntur aqua bene-
dicta, dicēdo anām. Asperges me,
sine cantu, et sine psalmo: et ince-
santur oliua. his exactis à canto
re R. inceptatur.**

¶ **Ingressus**
Pilatus cū Jesu in p̄torium tunc
ait illi tu es rex Iudeorū respōdit,
tu dicis quia rex sum, exiit ergo
Jesús de pretorio portāns coronā
et vestem purpuream. Et cum in-
dutus fuisset exclamauerūt om̄es
crucifigatur quia filiū dei se fecit.

¶ **Tunc ait illis pilatus regē ve-
strū crucifigā, respōderūt ponti-
fices, regē vestrū crucifigam, re-
sponderunt pōtificates, regem non**

habemus nisi cesarem. Et cū ind:
et pcellio ad arā S. Crucis honesto
et moderato gradu decedit, ubi et
X. Rectores cantabūt, eo finito dī,

Dñs vobiscū. Et cū spiritu tuo.
O Deus, qui filiū tuū Jesum
Christū, dñm nr̄m, pro sa-
lute nr̄a in hūc mūdū misisti, vt
se humiliaret ad nos, et nos reuo-
caret ad te: cui etiā dū Ierusalem
veniret, vt adimpleret scripturas,
credētū populoz turba, fidelissi-
ma deuotiōe vestimēta sua cum
ramis palmarū in via sternebant:
p̄sta quesumus: vt illi fidei viam
preparem: de qua, remoto lapide
offensiōis, et petra scandali, fronde-
ant apud te opera nostra iustitiæ
ramis: vt eius vestigia sequi me-
reamur. Qui tecū viuit, et regnat.
Lxxiii uero p̄choz aña illa. **Q**uam

appropinquaret dñs Jerusolymā,
 misit duos ex discipulis suis, di-
 cens: Ite in castellum quod est
 contra vos: et inuenietis pullū
 asinæ alligatū, sup quē nullus
 hominū sedit: soluite, et adduci-
 te mihi. Siquis vos interroga-
 uerit, dicite: opus dño est. Sol-
 uētes adduxerunt ad Iesū: et ī-
 posuerūt illi vestimēta sua, et
 sedit sup eū: alij expandebant
 vestimenta sua in via: alij ramos
 de arboribz sternebāt: et qui seque-
 bantur clamabāt: hosanna, bene-
 dictz, qui venit in nomine dñi:
 benedictū regnū p̄ris n̄ri Dauid.
 hosanna in excelsis: miserere no-
 bis fili dauid. *Alia Antiphona.*

Qum audisset populus, quia
 Iesus venit Jerusolymā, ac-
 ceperunt ramos palmarū: exierūt

ei obuiā, et clamabāt pueri, dicē-
tes: hic est, qui ventur⁹ est in sa-
lutē populi. hic est salus nra,
et redemptio Israel. Quantus
est iste, cui throni, ⁊ dñationes
occurrūt? Noli timere filia
Sion: ecce rex tu⁹ venit tibi, se-
dens sup pullū alinē: sicut scrip-
tū est. Salue rex fabricator⁹ mōdi,
qui venisti redimere nos. *quæ
hacten⁹ usu et cōsuetudine ser-
uata à pueris cani solent, his
simul ac finitis, cantu sibi non
interrupto ordineq; cōtinuo suc-
currēt Antiphona ista: Ante
sex dies solēnis paschæ, quando
venit dñs in ciuitate Ierusalem,
occurrūt ei pueri: et in manib⁹
portabant ramos palmaꝝ: et cla-
mabāt voce magna, dicentes:
hosanna in excelsis: benedictus,*

qui venisti in multitudine mi-
sericordiae tuae: hosanna in excel-
sis. *Alia Antiphona.*

Oscurrunt turbae cum floribus
et palmis redemptori obuiam:
et victori triumphanti digna dant
obsequia. Filium Dei ore gentes pro-
dicant: et in laudem Christi voces
tonant per nubila: hosanna in excelsis.

Quem Angelis et pu- *Alia antiphona.*
eris, fideles inueniamur tri-
umphatori mortis, clamantes: hosanna
in excelsis. *Alia Antiphona.*

Fulgentibus palmis prosterni-
mur aduenienti domino. *Choro*
respondente. Huic omnes occur-

ramus cum hymnis et canticis glori-
ficantes et dicentes: benedictus de-

Terba multa, que *Alia antiphona.*
conuenerat ad diem festum,
clamabat domino, benedictus, qui veni-

in noīe dñi, hosanna in excelsis.

*Qua finita Rectores denudatam
elevantes crucē genuflectendo*

*canūt hymnū. O Lux aue spes
unica. chor. hoc passionis tēpore,
auge p̄s iusticiā reūq; dona veniā.*

Rectores. Te sum̄a deꝝ trinitas.

*Chorus. collaudat oīs spiritus, q̄s
p̄ crucis misteriiū saluas, rege per
sēcula. Hymno finito à pueroꝝ*

corona pueri, canūt p̄ cōsuetudine.

*P*ueri hebreoꝝ portātes ramos
oluarū, obuiauerūt dño, clamātes,
et dicentes; hosanna in excelsis.

*P*ueri hebreoꝝ vestimēta pro
sternebāt in via: et clamabāt
dicētes hosanna filio dauid: bene
dictus, qui venit in nomine dñi.

*Quibus peractis Præpositꝝ ante
crucifixi pedes se puolunt, Decāꝝ
eū arūdīe leuit̄ ferēs cāit ter voce*

ite
ra
ta.



Scriptum est enī percutiā



pastorē. et dispgetur oues gregis.

præ
lato se



erigēs. **P**ostq̄s autem resurrexero,



præcedam vos in Ga lileam.



Chor.

bi me videbitis dicit



Surgēs **O**remus.

dicat **O**mnipo

dominus. **O**tens se

pite ne Deus, qui dñm nostrum

Jesū Christū, sup pullū asine sede

re fecisti, et turbas populorum

vestimenta, vel ramos arborū in via
sternere, et holanna decantare in
laudē ipsius docuisti: da quęsumus:
vt illorum innocentia imitari pos-
simus, et eorū meritum cōsequi
mereamus. Per eundem. *Deinde
subiūgit Gloria laus. ut hucusq;
consuetudo tenuit.*

Gloria, laus & honor, tibi sit
rex christe redemptor: Cui pue-
rile decus pmpsit holanna puum &

Glia. **I**srael es tu rex, dauidis
et inclyta ples. nōie q in domini,
rex benedicte venis. **G**lia. **Q**uę
in excelsis te laudat celicus omnis.
et mortalis homo, cūcta creata si-

mul. **G**lia. **P**lebs hebræa tibi cū
palmis obuia venit. cū prece voto,
hymnis, adsumus ecce tibi. **G**lia.

Hi tibi passuro soluebāt munia
laudis. nos tibi regnāti pangimus

ecce melos. **G**loria, laus et honor tibi
 sit rex Christe redemptor: cui puerile
 decus propositum hofanna pueri. **Q**ui
 placuere tibi, placeat deuotio nostra.
 rex bone, rex clemens, cui bona cum
 cta placet. **G**loria. **F**ecerat hebrae
 os hos gloria sanguinis almi. nos
 facit hebraeos transire ecce pio. **G**loria.

Sis pius ascensor tu, et nos sumus
 asellus, tecum nos capiat urbs vene
 randa dei. **G**loria. **U**estis apostolice
 rutilo fulgore tegamur. te benedicta,
 ut ea, nostra caterua uehat. **G**loria laus.

Tegmine sic anima sternamus cor
 pora nostra. quo pro nos semper sit via tu
 ta tibi. **G**loria. **S**it pia pro palmae
 nobis victoria ramis. ut tibi victrici
 sorte canamus ita. **G**loria, laus et.

His: proceditur ad Chorum canendo
R. **E**ngrediente Domino in sanctam
 ciuitatem, hebraeorum pueri resur

rectionē vite p̄nūciantes, cū ramis
palmarū holaña clamabant in excel-
lis. *V.* Cum audisset populus, quod
Iesus veniret Ierosolymam: exierūt
obuiam ei. Cū ramis. *Abſq; ſſiap.*
Quæ cōcluſa, Oratio iſthæc à ſūmo
altari p̄ p̄ſbitez excipiet.

Adiuuā nos deus *Oremus.*
ſalutaris n̄r. et ad beneficia
recolenda quibus nos inſtaurare
dignatus es, tribue venire gaudētes.
Per dñm n̄r̄m Ieſū Ch̄m filiū t.

FERIA QVĪTA

M in Coena Domini.
Ad Mandatum Antiphona.
Mandatū meū do vobis:
vt diligatis inuicē, ſicut
dilexi vos, dicit dñs. *p̄s.* Beati ī-
maculati in via, qui ambulant in
lege Domini. *Et repetitur: imediate*

añā. Mandatū. Et sic alia añā,
quæ habent psal. vel v: repetūtur.
et de quolibet psal. non dicitur nisi
vnus v. **Añā.** Postquā surrexit
 Dñs a coena, misit aquā in peluum,
 et cepit lauare pedes discipuloꝝ suoꝝ:
 hoc exemplū reliquit eis. **ps.** Mag-
 nus dñs et laudabilis nimis in ciui-
 tate Dei nostri, in mōte sancto eius.
Añā. Dñs Iesus, postquā coenauit
 cū discipulis suis, lauit pedes eorum,
 et ait illis: scitis, quid fecerim vobis
 ego Dñs et magister? exemplū dedi
 vobis: vt et vos ita faciatis. **psal.**
Benedixisti dñe, terram tuam: auer-
tisti captiuitatem Iacob. **Añā.** Do-
 mine, tu mihi lauas pedes: respōdit
 Iesus, et dixit ei: si nō lauero tibi pe-
 des, nō habebis partē mecū. **v.** Venit
 ergo ad Simonē petrū, et dixit ei pe-
 trus. **Et repetitur añā.** Dñe, tu mihi

R. Quod ego facio, tu nescis modo:
scies autem postea. **Tertio repetit**
añã. Dñe tu mihi lauas pedes: re
spondit Iesus, et dixit ei: si nō lauero
tibi pedes, nō habebis partē mecum.

R. Si ego Dñs, et Magister vester laui
vobis pedes: quāto magis debetis alter
alterius lauare pedes: **psal.** Audite
hæc oēs gentes: auribus p̄cipite, qui
habitatis orbem. **Añã.** **E**n hoc cog
nosçēt oēs, quia mei estis discipuli:
si dilectionē habueritis ad inuicem.

R. Dixit Iesus discipulis suis. **E**n hoc.
Añã. Maneant in vobis fides, spes,
charitas, tria hæc: maior autē horū
est charitas. **R.** Nūc autem manent
fides, spes, charitas, tria hæc: maior
est charitas. **Añã.** **B**enedicta sit sã
cta Trinitas, atq; indiuisa vnitas: cō
fitebimur ei, quia fecit ^{nobiscū} misericordiã
suam. **R.** **B**enedicamus patrē, et filiū,

cū sancto spiritu . *psal.* Quam dilecta tabernacula tua domine virtutū: cōcupiscit, ⁊ deficit anima mea in atria domini . *Antiphona.*

*U*bi charitas ⁊ amor, Deus ibi est, *R.* Congregavit nos in vnū Chasti amor *R.* Exultemus, ⁊ in ipso iucundemur *R.* Timeamus, et amemus Deū viuū. *R.* Et ex corde diligamus nos sincero. *Et repetitur antiph.*

*U*bi charitas ⁊ amor, Deus ibi est, *R.* Simul ergo in vnū cōgregamur. *R.* Ne nos mente diuidamur, caueamur. *R.* Cessent iurgia maligna, cessent lites, *R.* Et in medio nostri sit Christus Deus. *Et repetitur antiphona.*

*U*bi charitas ⁊ amor, Deus ibi est, *R.* Simul quoq; cū beatis videamus, *R.* Gloriantes vultū tuum Christe Deus. *R.* Gaudiū, quod est immēsum, atq; pbū. *R.* Secula p̄ infinita scloꝝ. Amē.

Post lotionem, Superior, uel qui alijs
abluit pedes, lauat manus & abstergit alio lino:
deinde capite de detecto dicit, Pr. noster.

R. Et ne nos. **R.** Sed libera. **A.** Tu
mandasti mandata tua domine.

R. Custodi nimis. **A.** Tu lauisti pe
des discipulorum tuorum. **R.** Opera manu
um tuarum ne despicias. **A.** Domine
exaudi orationem meam. **R.** Et cla
mor meus ad te veniat. **A.** Dominus
vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **Oremus.**

Ad esto Domine, quaesumus **Oro.**
officio seruitutis nostrae: et quia
tu discipulis tuis pedes lauare digna
tus es: ne despicias opera manuum
tuarum, quae nobis retinenda mandasti:
ut sicut hic nobis, et a nobis extero
ra abluuntur inquinamenta: sic a te
omne nostrum interiora lauetur pec
cata. Quod ipse prestare digneris,
qui uiuis et regnas Deus, per
omnia secula seculorum. **R.** Amen.

Pro his q̄ ipsū mādatū p̄fecerūt.

Especte dñe sup hos fa: Oꝛo.

mulos tuos, qui se inclinando, obedientiaē sanctae, pio obsequio fratru suoz expleuerūt seruitium; vt sēp te habeāt in auxiliū, et in bonis actibz supent inimicū, et inoffense semper agant seruitiū cōsuetū; vt aeternum à te mereantur pcipere p̄miū. *P do.*

Sexta feria parasceues finito sermone orationibusq; p̄ vniuersis statibz dictis. duo Rectores accepto Crucifixo nudo, incipiūt Imppena, quae canūtur cum stationibz, Agios, p̄ Scholares: Sanctz, per Chorū vt hactenq; cantatū est. Interea hec dū fiunt, celebrās cū ministris ad Sacristiam digredit, vbi se discalceant et ita nudi pedibz rursus e Sacristia ad locū Crucifixo destinatū sese recipiūt, ea, q̄

à Rectoribz canūtur, submissio:

Opule meꝝ quid *recitātes.*
feci tibi aut in quo cōtrista
ui te: rñde mibi, quia eduxi te de
terra Egypti, parasti crucem salua
tori tuo, Agios otheos, Agios i
schuos, Agios athanathos eleyson
ymas, Sanctꝝ deus, Sanctꝝ for
tis, Sanctꝝ et immortalis miserere
nobis, *℞.* uia eduxi te p̄desertū
quadraginta annos ⁊ manna ciba
ui te ⁊ introduxi in terrā satis op
timā; parasti crucē saluatori tuo,
Agios. *ut̄, ℞.* uia ultra debui
facere tibi et nō feci, ego quidem
plantavi te vineam meam speciosis
simā, ⁊ tu facta es mibi nimis ama
ra, aceto nāqꝫ sitim meam potasti,
et lancea p̄forasti latus saluatori
tuo, Agios. *Cum autē Rectores
cū Crucifixo ad locū p̄fixū venerūt*

crucē tenētes in altum cantant :
Ecce lignū crucis, **chorus.** in quo
 salus mūdi pependit, venite adorē.
p̄s. Beati immaculati in via, **choro.**
 qui ambulant in lege dñi, **Rectores.**
Ecce lignū. quibꝰ absolutis, ponūt
 Crucem ⁊ ad eam fit adoratio, cuiꝰ
 celebrās ducē se agit, interim tamē
 a choro **Añā** intercedit, quæ canitur :

Crucem tuā adoramꝰ domine,
 ⁊ sanctā resurrectionē tuam
 laudamꝰ, et glorificamꝰ. **E**cce enī
 ppter lignū venit gaudiū in vni
 uerso mundo. **p̄s.** **D**eus miserea
 tur n̄ri, et benedicat nobis : illu
 minet vultū suū sup nos, et mi
 sereatur nostri. **quæ si nō suffice
 ret ad miniculo erit : Antiphona,**
 ym fabricator mūdi mortis
 supplicium pateretur in cru
 ce, clamans voce magna tradidit

spiritū & ecce velū tēpli diuisus est,
monumēta aperta sunt. terremotus
enim factus est magnus quia mortē filij
dei clamabat mūdo se sustinere nō
posse. Aperto ergo lancea militis la-
tere crucifixi dñi exiit sanguis &
aqua in redemptionē salutis nr̄e.

Admirabile precii **cū aña**
um cuius pōdere captiuitas
redēpta est mūdi, tartarea cōfracta
sunt claustra inferni, apta est nob̄
inua regni. **Et celebrans cū mini-**
stris trinas dicit orationes ad cru-
cifixū. primo ad pedes: ~

Omne hiesu ch̄ie, deus verus
de deo vero, qui pro redēptiōe
generis humani, serpentina suasiōe
decepti, mūdū erroribz implicatus,
illuminare, & crucis patibulū ho-
dierna die subire voluisti. vt et lig-
nū ligno vinceres, et peccati here

ditariā mortem, morte potētissima
 superes. Exaudi me miserū et indig-
 nus, p̄stratū ante oculos tuę benigni-
 ssimæ maiestatis, et adorantē te,
 et benedicentē nōen tuū sanctum,
 atq; terribile, et cōcede mihi, te pu-
 ro corde sapere, te laudare, te p̄edi-
 care, et p̄ vexillū huius sanctę crucis,
 q̄s hodie in tuo nōie adoratur? huc
 adueni, mētem meā corpusq; sancti-
 fica, scuto fidei tuę me circūtege,
 galeā salutis mihi impone, gladio
 spūali accinge, vt cōtra hostem ne-
 quissimū bellatur?, et tuę in uniuersar
 miseratiōis auxilio, et salutifere
 crucis vexillo, cunctiq; tuo san-
 cto nomine insigniti, ab hostis p̄-
 fidi sint incursione securi, per te
 ihesu Chrīste saluator mundi, Qui
 viuis et regnas Deus, per omnia
 seculorū. **Ad Latus Oratio.**

Eus qui famulo tuo moisi
in via squalētis heremi ser-
pente[m] eneū in media populi mul-
titudine, ad liberandas letali viro
infectas animas exaltare iussisti.
vt si quis mortifero vulnere infli-
cto ad eū respiceret, venenū exicia-
le euaderet, et optate salutis vitas
adipisceretur. significans templū
futura longe post curricula, pro
tui salute plasmatis, crucis extol-
lendū patibulo, vt quos diabolus
armis inuidiē captiuauerat, tua
desiderabilis passio, ad patriam
reuocaret. concede tam mihi mi-
sero et peccatori. quā oīb[us] tuo
crucore mercatis. qui hodie sanctā
passionē tuā supplices venerant,
lignūq[ue] vitæ adorant, vt diabo-
licas insidias te adiuuante vin-
camus, et eternæ vitæ participes

esse mereamur. Qui cū deo patre

Ad manus Oratio.

Omne Ihesu Chryste, qui nos
p̄ crucis passionē de diabolica ser-
uitute liberaſti. vt quo die hominē
condideras. eodē ⁊ reformares. q̄q̄
hodierna die in crucis patibulo ſu-
ſpenſus. clauis confixus. pro re-
demptione humani generis. p̄ pri-
ū sanguinē fudiſti. qui lationi te-
cū pariter crucifixo. tibi humili-
ter ſupplicanti. veniam ſcelerum
⁊ paradisi amenitatē contuliſti.
exaudi me miſer⁹ et peccatē. co-
rā hoc ſignaculo crucis confitē-
tem et deprecantem. vt p̄ hoc ſemp
contra omnes inſidias diaboli. et
oīm inimicōꝝ meoꝝ. viſibilium
et inuiſibiliū. me defendas. corpꝝq̄
meū hodie et quotidie ab omni pec-
cato mortali. et ſcandalo atq̄ peri-

culo custodias. et in hora exitus
mei cū omni militia celestis exer-
citus animā meas suscipias. et par-
ticipem tui regni facias. Qui cū
Deo p̄re: ~ **Hymnus.**

Cruz fidelis inter oēs arbor v-
na nobilis: nulla silua talem
profert fronde flore germine. **Dul-**
ce lignū dulces clauos dulce pondus
sustinet. **Rectores.** **R**ange lingua
gloriosi preliū certaminis et super
crucis trophēū dic triumphum no-
bilem: qualiter Redēptor orbis imo-
latus vicerit. **Repetitur:** Cruz fidelis,
vsq; Dulce lignū. **Et sic fit quo-**
ties repetitur Cruz fidelis. **¶ De**
parētis protoplasti fraude factor
cōdolens: quando pomi noxialis
morsu in mortem corruit: ipse
lignū tunc notauit, damna ligni
vt solueret. Dulce lignum,

Hoc opus nostræ salutis ordo de-
 poposcerat, multiformis p̄ditoris ars
 vt artē falleret: & medelam ferret
 inde, hostis vnde laeserat. Crux fi-

uando venit ergo sacri plenu-
 do tēporis, missus est ab arce patris
 nate orbis conditor: atq; ventre vu-
 ginali caro facta p̄dijt. Dulce lign.

agit infans inter arcta conditus
 p̄sepeia: mēbra p̄annis inuoluta
 vugo mater alligat, et manū, pedesq;
 et crura stricta cingit fascia. Crux.

ulstris sex qui iam peractis, tēp̄
 implens corporis: se volente nate
 ad hoc, passioni deditus; agnus in
 cruce leuatur, immolandus stipite.
 Dulce lig. Hic acetū, fel, arundo:
 sp̄uta, clauī, lancea: mite corpus
 perforatur: sanguis vnda profluit:
 terra ponte, astra mundus, quo lauā-
 tur flumine. Crux fidelis. lecte

ramos arborum alta, tenla laxa viscera:
rigor lentescat ille, que dedit
natiuitas: vt supni membra regis
miti tendas stipite, Dulce lignum,
gloria, et honor Deo vsqueq̄q̄
altissimo, vna patri, filioq̄, inchy-
to paracrito: cui laus est, et pote-
stas, per aeterna secula. Amen.
*Ceteris vero in eodem p̄gētib⁹ iteꝝ
celebrās cū ministris ad Sacristiā
recedit, et calceamentis casulaq̄
indutus sacꝝ venerabilis Eucharis-
tiæ epulū pie atq̄ deuote ad alta-
re Crucis sanctæ pene sub finem
hymni p̄dicti defert, quo exacto
Rectores eleuāt Crucem cantando
V. *Uexilla regū p̄deūt fulget cruci
mysteriū: Sborio respondente: Quo
carne carnis conditor, suspēs⁹ est pa-
tibulo, et sic honestē pieq̄ eandem
suū ad locū referūt, ac celebrans p̄**

ficit missā cū ministris, vt missale
docet. Ea autem confecta fratres
Iuniores deportant imaginem et
Sacerdos corp⁹ Dñi: sepultura nō
alia, nisi hucusq; seruata, ratio ha-
betur, et vesp̄e dicūt, vt in Breuiā-
rio: ~

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is significantly faded.

